



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia CXXXVI. Postea autem duobus ex ipsis ambulans apparuit alia forma, cum rus proficiscerentur. Et illi abierunt, ac renuntiauerunt reliquis, qui ne illis quidem crediderunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

et fidem expones, quam hucusq; es professus. Hac et alia huius generis in finem in mentem venire poterunt, quo minus Christo obediret. Sed omnibus hisce rationibus contemptis fidele illi obsequium prestat. Et hac sunt eorum officia, quos Christus ex diaboli tyrannide liberatos ad sese conuertit. Sequantur illum, partim fide, ut in illo vno salutem omnem contineri credant, partim vita conversatione, ut relictis prioribus studijs Christi exemplum sibi imitandum proponant. Seruicio tunc ipsi et suas facultates omnes conferent. Illum assiduo verbi studio ac precibus indefessis querant, nolunt autem vero eius obtemperant, et huic subijciant sensus omnes vna cum rationibus omnibusque vel mundus hic, vel satan, vel caro, in diuersam partem adducere consueverunt. Hac sunt fidei exercitia, que in omnibus ijs inuenire licet, quos scriptura nobis fidei nomine commendat. Hic fidem multi profitentur, ac si ista querat, vel nulla, vel perquam rara et obscura inueniant.

Vt discipuli Ma Porro discipulos videamus, quibus mulieres iste Christum resuscitatum nuntiare iubentur. **gdalene nuntii** fident illi lugentes et flentes. Pius quidem dolor, sed non secundum scientiam. Debet enim in Christi resurrectionem intenti fuisse, quam ille toties promiserat, et qua illos in vltima Cena iuratus consolatus. Sed tam alieni sunt ab ea cogitatione, ut ne mulieribus quidem credant ea dicentibus que

ex Christo sepius audierant. Imo, ut Lucas annotat, verba illarum pro delirij habent, aut fabulis anilibus. Quo exemplo adumbratur, quod sit carnis nostre iudicium de resurrectione. Est enim eius exempla passim exent in rerum natura, carni tamen vix possibile videtur, ut resurgat, qui semel hac vita defuncti fuerunt. Differunt tamen hic multum p; ab impijs. His enim, cum nihil prater carnalia sapiant, resurrectio mortuorum profusa fabula videtur, et omnem eius mentionem rariliter ridet, sicuti Atheniensium et Festi presidis exemplo Lucas in Actis docet. Et hoc multo

rum scurrilia dicta passim audiuntur, qui omnia ea in dubium vocare satagunt, que de beata immortalitatis spe et corporum resurrectione ex scripturis docemus. At longe alia est p; ratio, qui etsi interdum ignorantia decepti errent, aut cruce offensi nonnihil dubitare incipiunt, adeoq; mentis aborsum interdum promissionum vita futura ad tempus obliuiscantur, manet tamen in illis vitellius promissio desiderium, et verum esse cupiunt quod de illa dicitur, et proinde institutionem admittunt, sicq; perpetuo cum dubitatione et diffidentia luctantur.

Petrus ad sepulchrum excurret. Est hoc in Petro videre, qui (ut idem Lucas scribit) etsi mulierum verbis fidem non satis habuit, mox tamen cum Ioanne, dilecto Christi discipulo, ad sepulchrum excurret, illud ipsum ingrediatur, linthea queq; suo loco posita inuenit (quod nouum erat Christi resuscitati, non furto sublatis, argumentum) adhuc tamen stupore et admiratione impeditus, rem ipsam, ut erat, non potest intelligere. Est autem diligenter obseruanda, hac nostra carnis tarditas, ut huius consideratione ad studium salutis ardentius excitemur, nec superuacaneam putemus institutionem, quam nobis Deus quocumque vult adhiberi. Si enim hoc tanto Apostolo in re tanti momenti et toties a Christo promissa accidit, quid de nobis sperabimus, quorum infirmitas maior est, quam ut illi simus vlla ex parte conferend?

Interim Petri exemplo discamus, quid eos deceat, qui aliquando per infirmitatem lapsi sunt. Hic illis studiorum omnium scopus sit, ut Christum denuo inueniant, et illi coniungantur. Est hoc, fructibus ijs, qui ipsis lapsus auctores fuerunt, ad ecclesiam redeant, cui Christus se presentem semper fore pollicitus est, et in qua (ut David inquit) nidum inueniunt, qui aliquando passerum et dimittuntum instar sunt vagati. Hic verò festinatione opus est, ne carnis rationes admittant, que in ipsi qua ad Dei gloriam et animarum salutem faciunt, mirifice cunctari solet. Ingredientur autem sepulchrum Domini, id est, diligenti et seria mortis ipsius meditatione occupati carnem suam et membra terrena mortificent, et relictis peccati inuolucris omnibus, in illo ad vitam nouitatem resurgant. Et hac quidem in presentis historie expositionem dicta sint. Faxit Deus, ut laza resurrectionis sue confirmati, aduersus omnes tentationum fluctus intrepidè luctemur, et celestis felicitatis portum ingrediamur per Christum Iesum Dominum nostrum, cui debetur benedictio, honor, gloria et potestas in eternum. Amen.

H O M I L I A C X X X V I .

Postea autem duobus ex ipsis ambulantibus apparuit alia forma, cum rus proficiscerentur. Et illi abierunt, ac renuntiauerunt reliquijs, qui ne illis quidem crederunt.

Psalm. 84.

Colof. 3.

Rom. 6.

Psalm. 84.

Colof. 3.

Rom. 6.

Psalm. 84.

Colof. 3.

Rom. 6.

Psalm. 84.

Colof. 3.

Rom. 6.

Psalm. 84.

Colof. 3.

Rom. 6.

Psalm. 84.

Colof. 3.

Rom. 6.

Psalm. 84.

Colof. 3.

Rom. 6.

Psalm. 84.

Colof. 3.

Rom. 6.

Psalm. 84.

Colof. 3.

Rom. 6.

Psalm. 84.

Colof. 3.

Rom. 6.

Psalm. 84.

Colof. 3.

Rom. 6.

Dei filius, Iesus Christus, non modo priusquam moreretur doctoris officio functus est, cui illum pater destinaverat, verum etiam postquam ex mortuis revixit, plurimus in hoc a se, ut suos in illo articulo plene & perfecte instituat, qui de nostra salutis complementum habet, ita in tentationibus summam consolationem offert. Resurrectione nimirum sua, qua & mortem devicit, & nobis iustitiam sempiternam reduxit, sicuti de illo olim Daniel praedixerat. Ex omnibus vero, quae tunc dixerit & fecit, Marcus tres tantum historias paucis perstrinxit, quibus luculentiora resurrectionis ipsius testimonia continentur. Inter has maxime memorabilis est, quam in praesenti proponit, & quae a Luca prolixè admodum descripta est, unde nobis plerique petenda erunt, quae illius concionem contemnit. Nam praeter resurrectionis Christi testimonia, primam quoque illius concionem contemnit, quae ille post mortem omnia nostrae redemptionis & sui regni mysteria exposuit. Ex quorum consideratione ut plus vilitatis ad nos redeat, primo qui nam et quales isti fuerint videbimus, quibus in praesenti Christus se visendum exhibuit. Deinde quid cum illis egerit. Tercio quis totius actionis fuerit effectus.

Quoad primum, ex discipulorum numero illos fuisse patet: quia verò non fuerunt Apostoli, ex septuaginta illis fuerint oportet, quos à Christo delectos et ad docendum emissos fuisse, alibi Lucas etiam dicit. Nomen vnius fuit Cleopas, unde quidam eum putant, cui Maria Divae virginis foror nupta fuisse apud Ioannem legitur. Alterius nomen tacetur, quia non omnia nos scire opus est, nec ab hominum auctoritate Christi & salutis nostrae causa dependet, & fortassis obscurior fuit, quam ut ad fidem narrationi faciendam aliquid potuerit conferre. Eunt isti ipsa resurrectionis Christi die emanantem, quae sexaginta stadiis, siue passuum septem millia & quingentos ab urbe distabat, & dum inter eundem de Christo & iis, quo ipsi acciderant colloquuntur & disputant, illis ipse interuenit, & post longam actionem se illis cognoscendum praeberet, ut postea audiemus. Nunc primò observabimus infirmitatem & imperfectionem, qua laborarunt, & quam in hac ipsa actione non obscuris argumentis prodiderunt. Esi enim Christum de resurrectione & suo regno sapienter differenter audierunt, sicuti à mulieribus nuntiata fuerat: ad huc tamen anxij & solliciti herent. Imò errorem gravissimum ipsi in sese fatentur, quando de Christo quidem magnificè loquuntur, quod propheta fuerit, potens in opere & sermone simul verò addunt: Et nos sperabamus eum esse, qui redempturus esset Iherusalem. Istis enim verbis non obscurè fatentur, ipsorum spem illius passione & morte non mediocriter esse laesactam. Quin patet hinc, illos in Christo redemptionem carnalem speravisse, et regnum somniasse terrenum: quem errorem Christus cum saepe aliàs, tum in vltima Cena aperte confutarat. Et quod isti passim sunt, hoc ipsum in Apostolis quoque, ad huc deprehendere licet, si postrema illorum verba consideres, quae Christo iam caelum consensuro dixerunt. Vides ergo infirmitatem & imperfectionem in sanctos quos, cadere, & proinde illos etiam penitentia quotidiana opus habere. Quod in eum finem à nobis observari debet, ut nos doctrina & institutione nunquam non indigere cogitemus: & ne quid fiducia in nostras vires aut nostrorum operum merita colloceamus. Quid enim de nobis fiet, si tantum in sanctis & selectissimis Dei cultoribus reperuntur? Porro ut ad nostros hosce redeamus, patet illos in hac sua infirmitate fidei semina non omnino excussisse. Nam licet in multis adhuc dubitent & perplexi haerent, fidei tamen & studij Christiani argumentum est, quod de Christo & illius rebus tam diligenter & non absq; disputatione inter sese conferunt. Est enim sermo animi in dextera luculentissimus, & ut Christus inquit ex abundantia cordis os loquitur. Quia verò de se loquentibus Christus intervenit, admonemur illorum exemplo qualia esse debeant eorum colloquia, qui in veritate & salutis cognitione proficere cupiunt: sancta nimirum, quibus & Dei gloria provehatur, & quos nos audimus meliores fiant. Ut enim ex cordis sensu oratio emanat, & nostrarum cogitationum siue sensuum nuntiata est, ita in aliorum quoque animis plurimum operari solet, maxime si eiusmodi sit, quae corruptis affectibus nostris aliquam occasionem offerat. Unde Paulus Menandri dictum comprobant: Corruptunt bonos mores colloquia prava. Et idem de sermone Christianorum praecepta dat diligenter. Nam Ephejs scribens ait: Nullus sermo spurcus ex ore vestro procedat, sed si quis est bonus ad edificationem, quoties opus est, ut det gratiam audientibus, & ne contristetis spiritum sanctum, per quem ob signati estis in diem redemptionis. Et ad Colossenses monet: Sermo vester sem-

Argumentum
& usus praesentis loci.

Dan. 9.

Cleopas et eius comes qui fuerint.
Luc. 10.
Ioan. 19.

Matth. 18. 20.
Luc. 22.
Act. 1.

Matth. 15.
Qualis esse debeant colloquia Christianorum.

1. Cor. 15.

Ephes. 4.

Colos. 4.

... in mentem venit...
... impetis fidei illi obsequium...
... liberatos ad sese conuertit...
... dant, partim viae conuertuntur...
... proponunt. Servitio enim ipsi...
... manifestis quatuor...
... rationibus omnibus qua...
... uenerunt. Haec sunt fidei...
... commendat. Hodie sciam...
... ra inuenis.
... um nuntiare iubentur. Do...
... riam. Debeat enim in Chri...
... vltima Cena fuerat con...
... credant ea dicentibus qua...
... delirij habent, aut fabu...
... de resurrectione. Esi enim...
... videtur, ut resurgat, qui se...
... is. His enim, cum nihil pra...
... omnem eius mentionem suar...
... Alis docet. Et bodie vultis...
... fatagunt, quae de beatissim...
... longe alia est piorum ratio...
... ubitate incipiat, adeoq; man...
... maneat tamen in illis vilit...
... & proinde institutionem ad...
... verbi fidem non satis habeat...
... rit, illud ipsum ingrediatur...
... non furto sublati, argumen...
... ne, non potest intelligere. Est...
... sideratione ad studium salu...
... nobis Deus quidem nuntia...
... bristo promissa accidit, quod...
... illa ex parte confutatur...
... infirmitatem lapsi sunt. His...
... coniungantur. Esi hoc, si...
... istas se praesentem semper p...
... quando passerunt & hinc...
... admittant, quae in iis qua...
... Ingrediantur autem septu...
... ai carnem suam & membra...
... ita nuntiatem resurgant. Et...
... de lata resurrectionis ipse...
... electis felicitatis portum...
... ctis, honor gloria & perpetua

... V I.
... paruit alia forma,
... auerunt reliquis,

Matth. 5.

per eum gratia sit sale conditus. Sale autem Dei verbum designari, alibi diximus, & ipse Christi testimonio probatur, qui hoc nomine Apostolos salem terra esse dicit. Sed & ipse Paulus testimonio ponit, addens: Sermo Christi habet in vobis opulenter, cum omni sapientia. Arguntur his nostri seculi mores, quos corruptissimos esse, vel hoc vno argumento abunde patet. Dum enim res secundae sunt, omnis prope pietatis immemores, in lasciviam effundimur, & pleriq; de obscenis & turpibus sermones serendo teneros animos offendunt. Si qui vero severiores aut gravioribus alijs haberi vident, horum se verba nihil praeter quastum & iuras, aut etiam rapinas, caedes & ambitionem solum. Quod malum ita obtinuit, ut si quis in convivio aut familiari colloquio de rebus divinis & ad ammunem salutem pertinentibus sermonem ex scripturis instituat, pro importuno conviutore aut moroso iheologo habeatur: in pretio autem sint, imò mercede conducantur, qui aut improbus dicitur, si era omnia ridet, aut lascivus & obscenis carminibus quosvis offendunt. Quod si crucem & afflictiones immittat Deus, quibus nos castigare & fidem nostram probare instituit, mox impatientia operati coniciamur, & in dubium vocamus quaecumq; in scripturis de Dei auxilio & aeternae vitae promissionibus traduntur. Quid mirum ergo, si in rebus secundis pleriq; deterioris fiant, in adversis vero à fide & salute omnino excidant?

Christus de se colloquentibus inveniunt.

Transeamus nunc ad secundam huius historiae partem, qua quid cum illis Christus egerit, describitur: ubi singula peculiarem considerationem merentur. Primò colloquentibus intervenit, & se illos comitem adiungens interrogat quos nam sermones cedant, & ita occasionem capiat ipse instituenti. Est hoc exemplum plenum consolationis. Docet enim, Christum infirmos & imperfectos non negligere nec aspernari, modo erudiri cupiant, seq; dociles praebant: quales istos fuisse constat. Nam peregrini habitu intervenientem, & de rebus ipsorum interrogantem minime recusant, ut praefracti et insolentes facere consueverunt, sed amice respondentes rem omnem illi exponunt. Deinde cum ab illo suam stultitiam sibi exprobari audiunt, non tamen exacerbantur, sed pacenter ferunt, & illius doctrina sic capiuntur, ut illum perpetuo secum manere cupiant. Sunt hoc animi in se re-ctabilis indicia: & qui tales sunt, illis se Christus sponte offert, & ipsam institutionem externam simul & internam adhibet, ut magis proficiant. Alia longe est ratio hypocritarum, qui ut in recipiendis aut excogitandis erroribus admodum audaces sunt: ita ne errasse videantur, constantem perimaciter evitent, nec ullam institutionem, nedum correptionem, admittunt. Relinquit ergo illis in erroribus suis Deus, ut propria culpa pereant qui emendari nolunt. Interim observabis, quod in praesentia specie se illis Christus offert, & oculos ipsorum aliquandiu detinet, ne ipsum agnoscerent postea, imò postea se ab illis longius progressurum esse simulat. Servit hoc quidem praesentis negotio, ut hac occasione sermonem commodius instituat de sua morte & resurrectione, adeoq; de regno suo & universae nostrae redemptionis negotio. At nos hic primùm admonemur, non nosum aut insolens esse, si modo etiam Christus interdum peregrinus, aut à nobis alienus vel discessurus appareat. Ut enim Iosaph olim ea ratione fratres suos probavit, qualis esset illorum erga patrem et se in vicem pietatis atq; fidei. Ita nostram quoq; fidem Christus nonnunquam examinat. Ibi nos officij memores esse convenit, ut fidei verae professionem constantem retineamus, & precibus assiduis eum complectamur, qui à nobis videtur abiturus. Docemur praeterea Christi cognitionem non esse humane industriae, sed Dei donum esse, qui ut corporis sensus acuit & habiles reddit: ita solus ille mentis oculos illustrat, ut Christum agnoscere & complecti possint. Admonet de hoc ipse quando ait: Nemo novit filium nisi pater, neque patrem quiquam novit nisi filius, & cuiuscumq; voluerit filius revelare. Item: Nemo novit ad me, nisi pater traxerit eum. Et Paulus fidem Dei donum esse pronuntiat. Quorum consideratio ut nospeccatum virium & operum fiduciam evertit, ita nos ad preces & pietatis studium excitat: ut Deus sua gratia lumen nobis offerenti improbe reluctemur.

Christus ignota specie se illis offert.

Gen. 42. 43. 44. & c.

Matth. 11. Ioan. 6. Ephes. 3.

Prima Christi eoncto post resurrectionem. Luc. 16.

Matth. 5.

Secundò sermonem instituit, quem nos primam ipsius à mortuis resuscitati concionem dicere possumus. Audiant ergo hanc, quos quot cum diuine epulone aliquem ex defunctis doctorem suae mentorem sibi dari vellent. Partes eius tres sunt. Exordio attentos reddat, & quia stupidiore esse sciebat, quam qui facile excitari possent, graui exprobratione vitur. O stulti (inquit) & tardi cordis ad credendum omnibus qua locuti sunt prophetae. Hac dicendo non peccat in suum praeceptum, quo prohibet ne quem stultum aut fatuum dicamus. Nec enim ex affectu carnis loquitur, sed officium

facit, & idem causam stulticia simul indicat, quod nimirum non attendant ijs, que prophetia olim de promisso Salvatore sine locuti sicut illos ad diligentiore[m] scripturae considerationem excitat. Cum vero stultus dicat, eo quod prophetarum scriptis non credant, nec illis animum intendant, vtiq[ue] supra etiam & vera sapientia fuerit scripturas credere & obedire, quibus nobis Deus suam voluntatem rema-
 Deut. 4.
 uelat, que sola veram cognitionem rerum diuinarum & humanarum complectitur. Docet hoc Mo-
 ses, quando Israelitis Legem proponens inter alia ait: Custodietis & facietis, haec enim est sapientia
 & intelligentia vestra coram populis, qui audiunt cuncta statuta ista, & dicent: Duntaxat populus
 sapiens & intelligens est gens haec magna, &c. Et sane si probe examines eorum placita quocumque
 vbiq[ue] scripturas sapere voluerint, meras tenebras & non tam risu quam deploratione dignam stulti-
 tiam reperies. Audiamus ergo nos scripturas, ne dum mundi huius iudicio sapientes haberi volumus,
 a Christo stulti & vacordes pronuntiamur.

Secunda orationis Christi pars est Propositio, quam interrogacione vestit, vt animos illorum
 magis feriat. Nonne haec (ait) oportuit pati Christum, & introire in gloriam suam? Sensus est:
 Offendit vos Christi crux, & eo nomine turbamini, quod de illius resurrectione nihil dum certi com-
 peristis. Atqui haec ita fieri oportuit, nec alia est ratio, qua ille in regnum & gloria[m] suam ingredia-
 tur. Ergo vos offendi aut turbari minime decet. Vbi probe obseruabis, quod haec ita fieri oportuisse
 dicit. Ex eo enim colligitur, non aliam fuisse rationem, qua genus humanum a peccatis & morte
 redimi posset. Si enim fuisset aliqua, Christum pati minime necesse fuisset, nisi Deum praeter omnem
 rationem filium suum dno & execrabili crucis supplicio exposuisse dicamus. Arguuntur itaque hoc
 Christi dicto, quicunq[ue] noua sacrificia & nouas pro peccatis satisfaciones excogitant. Simul vero
 confoletur, quod gloriam suam passioni coniungit, adeoq[ue] per hanc sibi in illam ingrediendum fuisse
 fateatur. Simili ratione Petrus prophetas Christi spiritu animatos dixit, vt illius afflictiones & post
 securam gloriam inuestigarent. Sunt ergo haec semper coniungenda, & quoties Christi crux ob o-
 culos versatur, simul animi oculos in illius resurrectionem & triumphum ascensionis extendamus, ne
 vel illius vel nostris afflictionibus offendamur, quarum eandem omnino rationem esse scripturae do-
 cent. Huc enim facit, quod ad crucem ferendam Christus omnes in se credentes inuitat, & quod Apo-
 stoli dicunt, nos per multas tribulationes oportere ingredi in regnum Dei. Vnde Acto. 14.

Christum oportuit pati & resurgere.

1. Pet. 1.

Matth. 16.

Ceterum propositio[n]i Christus confirmationem subiicit, que tota ex scripturis petita fuit. Exor-
 sus enim a Mose & omnibus prophetis, interpretatus est in illis quaecunq[ue] de ipso scripta erant. At-
 qui poterat miraculum aliquod edere, aut subito apertis illorum oculis se ipsi cognoscendum praes-
 bere, sed scripturas profert, vt ipsius cognitionem certam & solidam ex illis peti debere doceat, in
 quibus passim occurrunt, que ad illam faciunt. In Mose enim promissiones habentur, quas omnes
 in illo impleri constat. Accedunt his typi legales, qui illius mysteria sub involucrio proponunt. In
 Psalmis vero et prophetarum libris oracula de illo tam perspicua extant, vt (quod de Isaiâ Hierony-
 mus dixit) multis in locis non vaticinia scribere, sed rei gesta[m] historiam contexere videri possint.
 Illis omnibus cum postea etiam noui testamenti libri accesserint, nimis stolidi sunt, qui Christi &
 salutis cognitionem alibi quaerunt. Non debet autem officianter praeteriri, quod scripturas veteres
 non obiter allegat Christus, sed easdem interpretatur, adeoq[ue] involucri sublati latentia sub illis
 mysteria patefacit. Simili ratione illum in schola Nazarethana vnum legimus, quando Isaiâ locum
 interpretatus est. Non sufficit ergo scripturas legisse in ecclesia, sed quia multa illis insunt, quorum
 sensus non statim omnibus patet, expositione opus est, que diligenti collatione facta locos singulos praes-
 sentibus auditoribus accomodat, vt quid sibi hic obseruandum sit, intelligant. Nisi enim hoc fiat, ex
 scripturarum praelectione non plus commodi referes, quam ex re prorsus ignota et a nobis alienissima.
 Et haec quidem in Christi concione dicta sufficiant, quando singulos veteris Testamenti locos, qui
 de Christo habentur, excutere, alterius loci est & temporis.

Christus suam mortem & resurrectionem ex scripturis probat. Ioan. 5.

Luc. 4.

Isaiâ 61.

Nunc in presenti actione Christi progrediamur, qui vbi ad castellum vsq[ue] ventum est, simulat se
 vterius ire velle, vt veri & salutis desiderium magis in illis excitet. Illis vero rogantibus vt secum
 maneat, diuertit, & mox vbi mensa accubuerunt, se illis cognoscendum praebet. Nam pro more acci-
 pic panem, frangit, & solita benedictionis, seu gratiarum actionis formula vtitur: & dum ista agi-
 aperitur ipsorum oculi, vt Christum esse intelligant, quem haecenus peregrinum & hospitem igno-

Christus se cognoscendum praebet.

cum esse putauerunt. Ipse autem simul à conspectu illorum aufertur. Hic verò in vno collegi debent argumenta, quæ illum in resurrectione veri corporis proprietates resinuisse testantur. Et hinc sciamus, quod cum illis iter faciendo de loco in locum mouetur, quod humano more cum illis colloquitur, ad mensam discumbit, panem suis manibus prehensum frangit, gratias agit, & mox vni illorum cœli aperitur, ab ipsis agnoscitur. Nec temere Euangelistâ tam diligenter annotauit, oculos ipsorum primò detentos, deinde apertos fuisse. Ita enim cauere voluit spiritus sanctus, ne quid hic præter veri corporis naturam præstigiöse factum, aut illud exinanitum fuisse putemus. Neq; obstat, quod nec ab illorum conspectu sublatus esse aut disparuisse dicitur. Quia enim iam fecerat quod voluit, presentia eius corporali amplius non opus erat. Subduxit autem sese, ne quam illis occasione daretur, si aliquid terrenum cogitandi, & simul nos admonet, ne posthac in ipso terrenum aliquid queramus. Ex mundo enim sibi discedendum esse iam sapius prædixerat. Postquam ergo per dies quadraginta sue resurrectionis veritatem asseruit, nec haberet quod suo corpore in terris ageret, illud cœli migræ, vt nostræ carnis illuc aliquando transferenda pignus esset, nobis verò spiritum suum transfudit, qui & veritatem omnem nobis reuelaret, & salutis nostræ arrhabo esset infallibilis. Hanc ergo in scripturis, & intra animos nostros loquentem audiamus, corporalem verò Christi in terris presentiam in postoribus relinquamus, quos ille nouissimis temporibus exortituros esse prædixit. V. de supra cap. 15, & Matth. 24.

Ioan. 13. 14. 16. & c. Actor. 1.

Effectus huius actionis.

Restat postrema huius loci pars, quæ totius actionis effectus continet, qui non vulgares fuerunt, si quæ Lucas tradidit cum ijs conseras, quæ à Marco sunt annotata. Primò enim vbi Christum vere agnitum mox disparuisse vident, dicunt: Nonne cor nostrum ardebat in nobis, dum loqueretur nobis in via, & cum aperiret nobis scripturas? Fatentur his se vim spiritus Christi vno sensu percipisse, adeò vt qui antea in illius mysterijs frigidi languebant, nouos & insolitos ignes intra animos suos senserint. Est hic effectus verbi dei, si externa prædicationi Christi cooperatio accedat. Excitat enim ignem qui & carnis affectus excoquit, & Dei amorem gignit, qui omnia alia nobis fordida & ingrata reddit. Ad hanc ergo regulam seipsum probatum Dei verbum cum fructu audiat. Nihil enim cor Dei & celestis beatitudinis desiderio totum inflammetur, nondum in illud Dei verbum penetrat. Et in hoc quidem plurimum hodie peccatur. Sunt enim qui conciones sacras audiunt quidem, sed illis non aliter quàm cantione aliqua nihil ad se pertinente efficiuntur (vt Dominus Ezechiel dicit) & proinde absq; fructu discedunt. Sunt verò alij his deteriores, qui flammam quidem concipiunt, sed odij & iræ flammam, quibus aduersus verbi ministros in rabiem accenduntur, & ita se ex reprobis numero esse docent, quando ex eo peiores fiunt, quo in melius proficere debebant. Secundo ea ipsa hora surgunt, & in urbem reuersi, quod vident, discipulis nuntiant. Est hoc magnum fidei & pie industrie argumentum. Die enim iam ad occasum vergente Emauentem venerunt, quæ ab urbe (vt diximus) septem millibus et quingentis passibus distabat. Fieri ergo non potuit, quin multa demum nocte eo peruenerint. Adde huic incommoditati periculum, quod Christi sectatoribus omnibus imminabat, & cuius metu reliqui discipuli delitescerant, & mox patebit illos ex hac Christi apparitione non vulgari affectos fuisse. Et apparet hic fidei effectus, quæ sit, vt Dei gloriam & fratrum salutem omnibus alijs rebus anteponamus, nec vllis laboribus aut periculis nos ab officio abstrahi patiamur. Imitentur ergo hos quotquot fide in Christum gloriantur, & superatis fortiter obstaculis omnibus toti in hoc sint, vt per ipsos Christum Iesum in multorum animis resurgat.

Ezech. 33.

Cleophas discipulis nuntiat resurrectionem Christi.

Ioan. 20.

Discipuli alij credunt, alij non credunt.

Ad hæc bis Marcus, quod discipuli ne istis quidem crediderint. V. de hoc pugnat eum eo quod Lucas scribit: Inuenerunt congregatos undecim & eos qui cum illis erant, dicentes: Surrexerit Dominus verè, & apparuit Simoni. Tunc illi narrauerunt quæ gesta erant in via, &c. Quomodo enim non crediderunt Cleopæ, si ipsi Christum resurrexisse & Simoni apparuisse dixerunt? Sed solutio facilis est. Aut enim narrationi Cleopæ alijs de causis non crediderunt, licet de Christi resurrectione non amplius dubitarent. Aut Marcus per Synecdochem omnibus tribuit quod paucorum fuit, perinde ac si quis sibi à cœtu toto responsum dicat, quod vnus aut alter respondit. Et quantum colligitur licet, cepit quidem iam crescere quorundam fides, cum tot resurrectionis Christi testimonia conciterent: aliqui verò infirmi adhuc & contumaces credere noluerunt, ex quorum numero Thomeas fuit, cuius incredulitas (vt Ioannes scribit) adhuc toto octiduo durauit. Quorum durities eo gratior

rem reprehensionem meretur, quod tam multis tamq[ue] grauib[us] testimonijs non potuit superari, quibus non aliud dicebatur, quam quod ipse Christus sepius promiserat. Horum similes sunt, qui cum diuine bonitatis & gratie argumenta quotidie videant, tamen Deo diffidunt, & vanissimis rationibus locum dant, quas caro & mundus suggerit. Sunt tamen his peiores multo, qui cum Christum per Euangelij doctrinam quotidie surgere videant, & regnum illius mirifice propagari, sicut olim predictum fuit; illum tamen regem & redemptorem suum agnoscere nolunt, imo regnum suum hostiliter oppugnant, & oppressum volunt. Dabunt illi olim penas, quas scriptura non vno loco minatur. *Psal. 2. Zach. 12. &c.* Nos vero consolationem ex eo capiamus, quod non desuerunt, qui Cleopam & comitem ipsius nouo resurrectionis nuntio exhilararent. Solet enim Deus laeta tristibus miscere, neq[ue] vnquam suos grauius, quam ferre possint, tentari patitur. Quare in Christi victoriam intenti, quam ille sua resurrectione nobis acquisiuit, fortiter feramus quaecumq[ue] a Deo imponuntur. Aderit enim nobis certantibus Christus, vt malis omnibus superiores facti, cum illo olim in caelis regnemus. Ipsi debetur benedictio, gloria, & potestas in aeternum. Amen.

Postremo una sedentibus ipsis undecim apparuit, & exprobrauit eis incredulitatem ipsorum & cordis duritiam, quod ijs qui ipsum uiderant suscitatum, non credidissent.

Dominus & saluator noster Iesus Christus, resurrectione suam multis argumentis & testimonijs asseruit, quando per quadraginta dies cum discipulis suis conuersatus est, priusquam in caelos ascenderet. Ex omnibus vero, quae toto illo tempore fecit, Marcus tres modo historias commemorat, quae vt euidentiora habent resurrectionis istius testimonia, ita simul illius bonitatem nobis commendant, quae & peccatoribus indignis cognitionem salutis offert, & nostram infirmitatem benignè sustinet, ac eidem mederi studet. Primo enim Magdalene se visendum praebuit, quae uilissimum diaboli mancipium fuerat: vt palam testetur, mortis & resurrectionis suae fructum ad peccatores cumprimis pertinere, iuxta illud propheta: Infirmitates nostras ipse portauit. Item: Christus Iesus in mundum venit, vt peccatores saluos faceret. Deinde cum duobus discipulis Emauntem profectus est, & vt illorum errores corrigeret, ipsis plerq[ue] suae mortis & resurrectionis mysteria ex scripturis exposuisset exemplo docens, quod nec tardos & mysteriorum suorum rudes rejiciat. Sequitur nunc, vt paulo post, duobus istis in urbem reuersis, discipulis simul omnibus apparuerit, quam historiam modo inspicimus.

Marcus pro more suo (quod sepe monuimus) summam modo rei complectitur, & apparitionem hanc postremam vocat, non quod uere postrema fuerit (nam plures aliae a reliquis Euangelistis & Paulo Apostolo commemorantur) sed quod ipse hanc postremo loco narrat, & eam cum postremo Christi actu coniungit, in quo ex mundo hoc discessurus predicandi munus discipulis commisit. Includit ergo in hanc omnia, quae usq[ue] ad diem ascensionis ab illo facta sunt. Deinde discipulos undecim simul sedisse ait, cum ex Ioanne constet, Thomam tunc temporis absuisse, cum ista fierent. Aut ergo per Synedocem hoc dicit Marcus, & eorum Apostolorum collegium nominat, etsi vnus ex hoc defuerit: aut propter Matthiam hoc dicitur, quem pleriq[ue] Christi actionibus usq[ue] ad ascensionis die interfuisse, ex Petri oratione constat, quam habuit, cum in Iudea locum surrogaretur. Praeterea hoc vnus dicit Marcus, quod incredulitatem ipsis exprobrauerit & cordis duritiam, eo quod illi non credidissent, qui ipsum uiderant a mortuis resuscitatum. At quia historiam eandem propter multa, quae huic insunt ad nostram institutionem & consolationem pertinentia, Lucas & Ioannes diligenter describunt, multum proderit singulas eius partes ex ordine inspicere.

Occasionem & causam huius apparitionis discipulorum diffidentiam aut incredulitatem fuisse, Apparitionis ex Marci contextu patet. Quae similiter illos mouit, vt fores diligenter clausas seruarent praeter mea Iudeorum, vt Ioannes annotauit. Inter metum ergo & spem dubijs, & de Christi resurrectione discipulantibus ille ex improviso interuenit, & in medio illorum consistens, saluatione sibi respicit illos.

Psal. 2. Zach. 12. &c.

1. Cor. 10.

1. Tim. 1.

Christus discipulis omnibus apparuit. 1. Cor. 15.

Act. 11.

1. Tim. 2.